



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

X. Markgraf Ludwig vereignet dem Rath zu Bernau die Helle-Mühle, um einen Altar damit zu bewidmen, am 26. Oktober 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

nouensis ac Consulium et Vniuersitatum dictorum opidorum Berlyn et Colne presentibus appendi iussimus seu fecimus in testimonium omnium premisorum. Datum Bernow, in domo habitationis nostre, Anno ab incarnatione Christi Jhesu millesimo tricentesimo XL^o. septimo, sabbatho infra octauas assumptionis Marie virginis intemerate.

Gercken's Bern. Abh. I, 186. Orig. im Archive.

X. Markgraf Ludwig verzeignet dem Rath zu Bernau die Helle=Mühle, um einen Altar damit zu hemidmen, am 26. Oktober 1347.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis dei virginis Marie ac omnium sanctorum, illustrium principum marchionum Brand. bone recordationis predecessorum nostrorum, nostre, heredum ac successorum nostrorum animarum salutare remedio intendentes, appropriauimus, dedimus, appropriamus, damus presentibus et donamus molendinum dictum Helle cum omni iure, videlicet pacto, precaria et seruitiis vniuersis cum canali dictum molendinum ducente, cum assensu personarum id regentium et descensu et simpliciter cum pleno iure ad consules ciuitatis nostre hernowe pacifice seu quiete sine impedimento quolibet perpetue pertinendum. Renunciantes renunciatione sollempni omni iure et actioni, quod vel que nobis, heredibus et successoribus nostris in dicto molendino competebant seu competere possent aequaliter in futurum. Debebunt quoque consules iidem, aut qui pro tempore fuerint presentes et futuri, in quos et ius presentandi siue ius patronatus perpetue conferimus, damus et donamus etiam litteras per presentes, dum primum poterunt, ac ipsis plures rerum suppetent facultates, ibidem infra muros ciuitatis, ad vnum altare pro comparatione vnius misse cottidiane mittere seu dirigere molendinum sepetactum cum omnibus suis pertinentiis et vsibus preexpressis. In cuius. Testes Lochen, Grisenberg, ger. wolf, redern, Gruelhut cum ceteris. Datum Spandowe, anno XLVII^o, feria VI ante Symonis et iude.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I, betreffend die Vogtei Barnim Nr. 37.

XI. Markgraf Ludwig genehmigt, daß der Probst Gerwinus zu Bernau seine Probstei daselbst auf drei Jahre vermiethe, am 6. Dezember 1347.

Nos Ludouicus etc. Ad quos presentes peruenerint notum facimus publice protestantes, quod honorabili viro Gerwino preposito bernowensi, cappellano nostro fideli dilecto, ex speciali gracia damus et concedimus preposituram suam a festo epiphanie domini proximo venturo per triennium immediate computandum et subsequendum exponendam et locandam discreto viro domino petro, in brunowe plebano, presentium exhibitori, pro certa pecunie summa LV marcarum, sicut in litteris ipsius gerwini prepositi super eadem expositione et locatione confectis continetur. Volumus etiam, quod si dominum gerwinum prepositum ante expirationem dicti triennii mori